

SCRIPTA

Numéro Scripta : 2326

Auteur(s) : Henri II, Bayeux (évêque)

Bénéficiaire(s) : Troarn, Saint-Martin (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : ...1169...

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Charte d'Henri II, évêque de Bayeux, confirmant à l'abbaye Saint-Martin de Troarn la possession de différentes églises et dîmes acquises depuis la fondation.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Sauvage René-Norbert, *L'abbaye de Saint-Martin de Troarn au diocèse de Bayeux, des origines au seizième siècle*, Caen, Chalopin (MSAN ; 34), 1911, n° XIII, p. 384-385.

Texte établi d'après a

Henricus, Dei gratia episcopus, omnibus fidelibus tam presentibus quam futuris ad quos presens carta pervenerit, salutem. Et secularibus et ecclesiasticis dispositionibus omnino conveniens est ut que rationabiliter gesta fuerint nulla debeant refragatione turbari, nulla presumptione violari, sed inconcussa stabilitate firmari. Inde est quod ecclesie Beati Martini de Troarno et venerabili fratri nostro, Gisleberto, abbati, et conventui ejusdem loci, omnes ecclesias, cum decimis et aliis appendiciis suis, quas temporibus episcoporum antecessorum nostrorum, seu nostris temporibus, canonice adepti sunt, presenti carte patrocinio confirmamus, videlicet totam ecclesiam de Muscampis, cum tota decima et omnibus appendiciis, et cum presentatione clericorum ad eandem ; totam capellam Sancte Marie de Deserto, cum tota decima et omnibus appendiciis ; totam ecclesiam de Beneio, cum tota decima et omnibus appendiciis et cum presentatione clerici ad eandem ; totam ecclesiam de Castro Vire, que est capella regis, cum tota decima et cum capella nostris temporibus extra castrum facta, et cum omnibus aliis appendiciis et cum presentatione clerici ad eandem ; decimam etiam prefecture et decimam molendinorum, ex dono regis ; partem ecclesie de Prateriis que est de feudo Rannulfi de Prateriis, cum presentatione clerici ad eandem partem ; quartam partem ecclesie de Burceio et presentationem clericorum ad eandem quartam partem ; quartam partem ecclesie de Carevilla et presentationem clericorum ad eandem partem ; ecclesiam Sancti Salvatoris de Calvo loco cum presentatione clericorum ad eandem ; ecclesiam totam de Lengronnia et presentationem clericorum ad eandem, cum tota decimatione de feudo Hadvise et de feudo Ricardi Cornart et de feudo Patricii et de feudo Bornin et Bovardi et Rosce et Margarite et de dote Meislesine ; preterea ubicumque Phylippus de Columberii habet duas garbas decime apud Lengronniam, tertiam quoque garbam prefate ecclesie et monachis confirmamus ; item capellam Tailleville cum tota decimatione territorii ; partem ecclesie de Caigneio, de feudo comitis Pontivorum, cum presentatione clericorum ad eandem partem ; totam ecclesiam de Clivilla cum tota decima et omnibus appendiciis et cum presentatione clericorum ad eandem ; ecclesiam de Waravilla totam cum presentatione clericorum ad eandem, et cum tertia garba totius decime territorii campestris ejusdem ville et cum medietate totius decime de discis marinis ; ecclesiam Sancte Marie de Piro cum omnibus appendiciis suis in terris et in decimis et cum presentatione clericorum ad eandem. Testibus Jordano, archidiacono Saresberiensis ; Gauterio, archidiacono Baiocensi ; Stephano, archidiacono ; magistro Hunfredo Bove ;

magistro Rannulfo ; magistro Azone ; Henrico, succentore ; Willelmo, elemosinario ; Willelmo Blondo, hostiario ;
Willelmo de Tancardivilla, cubiculario.